



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1561. usque ad annum 1562

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118596

§. 41. Quintus Synodi Legatus a Papa nominatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66624](#)

Sæcul. XVI.
A. C. 1561.

§. XLI.

*Quintus Synodi Legatus a Papa
nominatus.*

*Mem. pour
le Concil. de
Trente
p. 120.*

Hoc Oratoris responso ad Papam de-
lato per eosdem Cardinales Insu-
lano significatum, quod hujus negotii
decisionem ad tempus magis opportu-
num differret: postea unus ex istis Pur-
puratis cum Legato seorsim conferens
eidem exposuit, quod ejus petitio ma-
nifesti schismatis periculum minitaretur,
nec Pontifex illius precibus deferre
posset, nisi a suo obsequio omnes Prin-
cipes Catholicos alienos redderet, quo-
rum nonnulli saepius ejusmodi postu-
lata interposuerant. His ita dispositis
in eodem Patrum Senatu frequens ha-
bebatur mentio de futura Synodo, ad
quam summus Pontifex tanquam quin-
tum illius Legatum nominabat Althem-
psium Cardinalem, qui Constantiae in
suo Episcopatu agebat: insuper Papa
præcepit, ut die vigesima tertia No-
vembris præter jejunia, publicasque
preces a Divi Petri Basilica usque ad
Ecclesiam Sanctæ Mariæ de Populo, ut
pro proximo Concilio Sancti Spiritus
gratia

quorum definitio Universam Ecclesiam respi-
cit, non solent communicare, minus vero
decidere ad propositionem unius Legati.

gratia impetraretur, solemnis habere- **Sæcul. XVI.**
 tur supplicatio, quam etiam summus **A.C. 1561.**
 Pontifex pedes adire pollicitus, cunctis,
 qui sacro huic pietatis exercitio vaca-
 bunt, poenarum condonationem ad nor-
 mam Anni Sacri indulxit.

§. XLII.

*Colloquium Papæ cum Insulano circa
 Communionem sub utraque
 specie.*

Quamvis Insulanus petitionem suam **Mem. Suite**
Pontifici factam omnino rejectam **de la lettre**
 credere debuisset, nihilominus denuo **de Mr. de**
 colloquium petiit, quo obtento die **l'Isle p. 121.**
 decima tertia ejusdem Mensis ultimum
 responsum sibi dari postulabat: ut vero
 Regi suo satisficeret, rursus rationes,
 quas jam antea pro obtainendo suo po-
 stulato allegaverat, recoquere haud du-
 bitabat, illarumque æquitatem, ac ne-
 cessitatem comprobare nitebatur: ve-
 rum summus Pontifex intempestiva hac
 importunitate offensus ita respondit:
 „eiusmodi preces a Rege interpositæ
 „certo certius inducunt contumaciam,
 „atque ab Ecclesia separationem: mi-
 „nime autem ab Ecclesia permitti potest,
 „ut Christiani diverso modo Sacramen-
 „tis utantur: de cetero Imperator æque,
 „ac Bohemiæ Rex ejus Filius eandem

P 5 Com-